



I N
I A C O B I Z V I N G E R I
P H I L O S. E T M E D.
B A S I L.

Chymicorum principiorum
examen.

MAGNA vetustati debetur adorea laudis,
Gloriae & ætherea mansurus in arce colossus.
Nostra tamen cascis palmaria plurima seclis
Aetas præripuit; super & flammantia templi
Mænia siderei Famæ se ventilat alis.
Audin' fulmineo veluti fragor intonat ielu,
Cùm flictim eluctans piceo glans plumbea fumo
Obuia quæq; metit: non sic quatienda sagittis,
Non catapultarum terrore, nec ariete duro.
Hæc miracula tamen prior ignorauerat ætas.

Adspicis, ut Musæ sua regia castra triumpho
Extendant: nulli numeranda volumina postquam
Calcographus docuit fuso exscribenda metallo:
Ne cera, aut cortex, Nilive papyrus ab oris
Impediat, quorum si forte laboribus obstent
Res angusta domi, aut parcæ dispendia vitæ.
Hæc miracula tamen prior ignorauerat ætas.

Lusitaniaci per cærula marmora nautæ
Quot reserant hodie dites sine limite campos?
Oppositoq; vehunt natas sub sidere merces,
Gymnana cum stacte, & pretiosæ pondera lammæ:

Riman-